



6

# ELEGANS

CVM PRIMIS, ET MVL  
TORVM LITERIS CE  
LEBRATVM ADA  
GIVM,  
DVLCE BELLVM INEX-  
PERTIS. DES. ERAS.  
ROT. AVTORE.

MOGVNTIAE. ANNO.  
M.D.XXI.



**Stadtbibliothek  
Augsburg**

# DVLCE BEL

LVM INEXPERTIS. PER  
DESYDERIVM ERAS  
MVM ROTERO  
DAMVM.



T ELEGANS CVM,  
primis, & multorum lité-  
ris celebratū adagiū est,  
γλυκὺς ἀπέιρω πόλεμο, id  
est. Dulce bellū inexperto. Sunt quædā in rebus  
mortalium, quæ quantū  
habeant discriminis ac malorum, non in-  
telligas, nisi facto periculo. Dulcis inexperto  
cultura potentis amici. Expertus metu-  
it. Bella res & splendida uidetur, inter auli-  
cos obambulare pceres, in regijs uersari ne-  
gocijs, at senes, quibus usū penitus cogni-  
ta res est, ab ea felicitate libenter abstinent.  
Suaue uidet, amare pueras, sed ihs qui nō  
dum senserunt, quantum amorī insit ama-  
ri. Ad eundem item modum accommodari  
A ī poterit,

poterit, ad quod quis negocium multo cum  
 Periculo, multisq; cōiūctū malis, qd' nemo  
 uelit capessere, nisi iuuenis, & rerū imperi  
 tus. Siquidē Aristoteles in Rethoricis hāc  
 adfert causam, cur iuuenta sit audacior, cō  
 tra senecta timidior, quod illis imperitia re  
 rū cōfidentiā pariat, his multorū experien  
 tia malorum, timiditatē & cōtationem.  
 Quod si quicq; est in rebus mortalium, qd'  
 contanter aggredi conueniat, immo quod  
 oporteat modis omnibus fugere, depreca  
 ri, propellere, certe bellum est, quo nō alia  
 res uel magis impia, uel calamitosior, uel  
 latius perniciosa, uel hærens tenacius, uel  
 tetricor, & in totum homine indignior, ut  
 ne dicam Christiano. At dictu mirum qd'  
 hodie paſſim, qd' temere, qd' quauis de cau  
 fa, ſuſcipitur, qd' immaniter ac barbarice ge  
 ritur, nō tantum ab ethničis, uerum etiā à  
 Christianis, nec prophanis modo, uerū eti  
 am à ſacerdotibus & Episcopis, nec ſolum  
 à iuuenibus & imperitis, uerum etiam à ſe  
 nibus, & toties expertis, nec à plæbeis tan  
 tū & uulgo natura mobili, ſed potiſſimū à  
 principib; quorum officium erat, teme  
 rarios

rarios stulte multitudinis motus, sapiētia,  
 rationeq̄ componere. Necq; desunt lurecō  
 fulti ac Theologi, qui ad ista tam nefaria,  
 faces admouent, & trigidam ( quod aiūt  
 suffundūt. Quibus rebus fit, ut nunc bel-  
 lum adeo recepta res sit, ut demirent homi-  
 nes, esse cui non placeat. Adeo probata, ut  
 īmpium ac pene dixerim hæreticum sit īm-  
 probasse rem unam omniū, ut sceleratissi-  
 mā, ita miserrimam quoq;. At quāto iusti-  
 us erat illud demirari, quis malus genius,  
 quę pestis, quę intēperia, quę furia, primū  
 ī hominis mentem immiserit, rem usq; a-  
 deo beluinā, ut placidum illud animal, qd'  
 natura paci benevolentiaeq; genuit, quod  
 unum omnium saluti prodidit, tam ferina  
 uesperia, tam insanis tumultibus ī mutuā  
 rueret perniciem. Id quod magis etiā admi-  
 rabitur, quisquis animū à uulgo receptis  
 opinib; ad ipsam rerum uim & natu-  
 ram perspiciendā conuerterit, ac seorsim  
 hinc hominis imaginem, hinc belli simula-  
 chrū uere philosophicis oculis aliquāti sp̄  
 contempletur. Primum igitur si quis ha-  
 bitum modo figuramq; corporis humani

A ij cōsy-

## DVLC E BELLVM

conſyderet, an non p̄otinus intellecturus  
est, naturam uel potius deū, animal hoc nō  
bello, sed amicitiæ. nō exitio, sed saluti, nō  
iniuriæ, sed beneficentia genuiſſet. Nā cæ  
terorum animantiū ſuis unumquodq; in-  
ſtruxit armis. Taurorū impetus arauit  
cornibus, Leonum rabiem unguibus, A-  
pris fulmineos affixit dentes. Elephantos  
præter cutem & molem, promuſcide quo-  
q; tutatus eſt, Crocodilum cutis uelut lami-  
nis communiuit, Delphiniſ teli uice pīn-  
nas addidit, Histricem spinis, Raia acule-  
is defēdit, Gallis calcar addidit. Alia testis,  
alia Corio, alia Cortice, communiuit. Sūt  
quorum in columitati, perniciitate proſpe-  
xit, ueluti Colubris, Sūt rurſum, quibus ue-  
nenū telī uice tribuit. Addidit his ſpeciem  
tetra ac beluinam addidit oculos truces, uo-  
cis ſtridorem. Inſeuit nativa quædam diſſi-  
dia. Solum hominem nudū produxit, im-  
becillē, tenerū, inermē, moliflīma carnes,  
cute leui. Nihil uſq; in membris, qd ad pu-  
gnā, aut uiolentiā datū uideri poſſit, ut ne-  
dicam interim, quod cætera fere, statim, ut  
nata ſunt, ſibi ſufficiūt ad uitā tuendā, ſolus  
homo

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE.

homo sic prodit, ut multo tempore totus à  
subsídio pendeat alieno. Nec fari nouit,  
nec ingredi, nec cibum capere, uagi tu tan  
tū implorat opem, ut uel hinc cōjci possit,  
solum hoc animal totū amicitiæ nasci, quæ  
mutuis officijs & coit, & cohæret potissi-  
mū. Proinde natura uoluit hominem uitæ  
munus, non tam sibi, q̄ benevolentiaæ ac-  
ceptū ferre, quo uidelicet intelligeret se se  
gratijs dicatū ac necessitudini. Tū speciem  
dedit non tetram & horridā uti cæteris, sed  
mitē ac placidā, amoris ac benevolentiaæ  
notas præ se ferentem. Tribuit oculos ami-  
cos, & in his animi signa. Dedit brachio-  
rum sinus ad complexum. Dedit osculi sen-  
sum, quo ceu copularentur, & se se cōtinge-  
rent animi. Vni risum attribuit, alacritatis  
indictum. Vni lachrymas, clemētiæ & mi-  
sericordiæ symbolum. Quin & uocem de-  
dit, nō minacem & horrendam, sicuti bel-  
uis, sed amicam & blandam. Nec his cōte-  
ta natura, sermonis & ratiōis usum uni tri-  
buit, quæ quidem res ad parandam & alē-  
dam benevolentiam imprimis ualet, ne  
quid omnino per uim inter hoīes gereret,

A iiiij Inse-

Inseuit odium solitudinis, amorem sodalitatis. Indidit penitus benevolentiae semina. Fecit ut quod est saluberrimum, idem sit & suauissimum. Quid enim amico iucundius? At rursum, quid æque necessarium? Proinde si maxime liceret absq; mutuo commercio commode uitam agere, nihil tamē iucundum uideri possit absq; socio, nisi quis prorsus hominem exuerit, & in belua degenerarit. Addidit insuper liberalium disciplinarum studium, & cognitionis ardorem, quæ res ut potissimum abducit hominis ingenium ab omni feritate, ita ad conciliandas necessitudines præcipuam uitam habet. Siquidem nec affinitas, nec sanguinis propinquitas arctioribus, aut firmioribus amicitiæ vinculis astrinxit animos, q; societas honestorum studiorum. Super hæc, admirabili quadam uarietate, dotes tum animorum, tum corporum inter mortales partita est, nimirum ut singuli in singulis inuenirent, quod uel amaret ac suspiceret ob excellentiam, uel ob usum & necessitatem ambirent & amplecterentur. Deniq; indidit diuinæ mentis scintillulam, ut nullo eitā

Io etiam ostenso præmio, tamen per se iu-  
uet benemereri de omnibus. Id enim deo  
maxime propriū ac naturale, suo beneficio  
consulere uniuersis. Alioqui qd illud est,  
quod haud uulgarē animo sentimus uolu-  
ptatem, ubi quem per nos seruatum intelli-  
gimus? Pròinde deus in hoc mūdo uelut  
simulachrum quoddā sui constituit homi-  
nem, ut ceu terrenū quoddam numen, sa-  
luti prospiceret omniū. Sentiunt hoc ipsa  
etiam bruta, cum uideamus non mitia sos-  
lum, uerum etiā Pardos & Leones, & his  
immitiores beluas, in magnis pericul̄ ad  
hominis opem cōfugere. Hoc extremum  
omnibus asylum, hæc ara est uniuersis. Ho-  
minis effigiem utcūq; depinximus. Nunc  
belli simulachrū ex aduerso cum hac, si ui-  
detur, componamus. Iam igitur uidere te  
puta, barbaras cohortes, ipso uultu sono-  
q; uocis horrendas, hinc atq; hinc instru-  
ctas ferratas acies, formidabilem armorū  
crepitū, simul & fulgorē, inamabilē tantę  
multitudinis fremitū, oculos minaces, rau-  
cacornua, terrificū Tarantaræ cantum,  
bombardar̄ tonitrua, nō minus formido-

A v losa ueris,

losa ueris, sed magis noxia, clamorem insa-  
 num, concursum furiosum, immanem la-  
 niationem, cadentium & occidētium cru-  
 deles uices, cōgestas strages, undantes cru-  
 ore campos, fluuios humano tinctos san-  
 guine. Fit interea nonnunquā, ut frater in-  
 cīdat in fratrem, affinis in affinē, amicus  
 in amicum, & cōmuni furore iam debach-  
 ante, in eius uiscera stringit ferrum, à quo  
 ne uerbo quidem unquā fuerit lāsus. De-  
 nīq̄ tantū malorum habet illa Tragoēdia,  
 ut a cōmemoratione quoq̄ pectus huma-  
 num abhorreat. Ut interim non referā illa  
 uulgaria prē his, leuiac̄, protritas passim  
 segetes, exuistas uillas, incensos pagos, ab-  
 acta pecora, cōstupratas uirgines, tractos  
 in captiuitatē senes, direpta phana, latroci-  
 nijs, predatiōibus, uiolentia, plena om̄ia.  
 Utq̄ taceam illa, quæ felicissimū etiā ac  
 iustissimū bellum consequi solent, Expilas-  
 tam plābem, oneratos proceres, tot senes  
 orbos, & simul in cēde liberor̄ & occisos, tot  
 anus destitutas, & crudelius q̄ ferro per-  
 emptas, tot matronas uíduas, tot liberos  
 orphanos, tot domos funestas, tot opulē-  
 tos ad

INEXPERTIS. BRAS. AVTORE.

tos ad inopiam redactos. Nam de morum  
pernicie quid attinet loqui, cum nemo ne-  
sciat uniuersam uitæ pestem, semel è bello  
proficisci? Hinc pietatis contemptus, hinc  
legum neglectus, hinc ad quiduis auden-  
dum sceleris promptus animus. Hoc fon-  
te nobis tam ingens latronū, raptorum,  
sacrilegorum, percussorū turba scatet. Et  
quod est omniū grauissimū, haec tam exi-  
tialis pestilentia, necit se suis cōtinere spa-  
cīs. Sed in uno quopiam angulo nata, nō  
solum finitimas regiones ueluti contagio  
puadit, uerum etiā pcul semotas, uel merce  
de uel p affinitatis, aut foederis occasione  
in cōem tumultū, ac reū tempestatē per-  
trahit. Quinetiā bellū è bello seritur, è si-  
mulato uerū, è pusillo maximū exoritur,  
neq; raro solet in his accidere, qd de Ler-  
næo monstro fabulis proditum est. Hisce  
de causis opinor, ueteres illi poëtæ, qui re-  
rum uim ac naturam, & sagacissime per-  
spexerunt, & aptissimis segmentis adum-  
brarunt, tradidere bellū ab inferis immit-  
ti, idque furiarum ministerio, neque quā  
libet furiam ad hoc negocij cōficiendum,  
esse ido-

esse idoneam. Deligitur omniū pestilentis  
 sima, cui nomina mille, milles nocēdi artes.  
 Hæc innumeris armata colubris, tartarea  
 buccina præcinit. Pan insano tumultu cō-  
 pletuniuersa. Bellona furiosum quatit flas-  
 gellum. Furor impius, ruptis omnibus uin-  
 culorum nodis, euolat horridusore cruen-  
 to. Neq; non uiderunt hæc grāmatici, quo  
 rum alij bellum κατ' ἀντίφεασιν dictū uo-  
 lunt, quod nihil habeat neq; bonum, neq;  
 bellum, nec alia ratione bellum esse bellū,  
 quā furiās Eumenides. Alij malūt à belua  
 deductum, quod beluarum sit, non homi-  
 num in mutuū exitium congredi. At mihi  
 sanè plusq; ferinū, plusq; beluinū esse uide-  
 tur, armis configere. Prīmū enim plāracq;  
 brutorum animantiū in suo quodq; genes-  
 re, concorditer & ciuiliter degunt, grega-  
 tū incedunt, ope mutua sese tuentur. Ne  
 ferē quidem omnes dimicant. Sunt em&  
 in noxiæ, sicut Damæ & Lepores, sed oīm  
 efferatissimæ, ueluti Leones, Lupi, Tigri-  
 des. Quanq; nec hæ belligerant inter se,   
 quemadmodum nos. Canis caninam nō  
 est. Leonum inter se ferites non dimicat.

Draconi

Draconicum Dracone pax est. Inter uene  
na conuenit. At homini nulla fera pñctio-  
sior, quā homo. Rursum ille cum pugnat,  
suis pugnant armis, nos præter naturam  
arte cacodæmonum excogitatis, instrui-  
mur homines in hoīm perniciem. Nec ille  
quibuslibet de causis se uiunt, uerū ubi uel  
fames stimulat in rabiem, uel se peti senti-  
unt, uel foetui suo timent. Nos, deum im-  
mortalem, quā friuolis de causis, quas bel-  
lorum tragœdias excitamus. Ob inanissi-  
mos titulos, ob puerilem iram, ob mulier-  
culam, ob causas, his quoq; multo magis  
ridiculas. Ad hæc inter feras uni cum una  
bellum est, idq; perbreue. Et ut cruentissi-  
ma pugna sit, una aut altera uulnerata di-  
scedit. Quando auditū est, id quod passim  
faciunt homines, centum miliā beluarum  
mutuo lanitatu cōcidisse. Adde, quod ut fe-  
ris quibusdā naturale dissidiū est cum alijs  
diuersi generis, ita rursum habent, cum q-  
bus genuina firmaq; cohærent amicitia.  
At homini cum homine, & cuilibet, cum  
quolibet, iugis pugna est, nec ullū satis fir-  
mum foedus inter ullos mortalium. Adeo  
quicquid

quicqđ à sua degenerauit natura, in peiorē  
degenerat speciem, quā si natura malitiā  
ingenuisset. Vīscire quā ferina, quā foeda  
quā non digna hominē res sit bellū? Spe-  
ctasti ne aliquando leonem cum urso cō-  
missum? Quí rictus, qui rugitus, q̄ fremi-  
tus, quæ immanitas, quæ laniatio? Inhor-  
rescit, qui spectat etiā in tuto. At quāto fœ-  
dius spectaculū, quāto immanius, uidere  
homīnem cum homīne tot armis, tot telis  
instructum configere? Quæso te quis ho-  
mīnes crederet, nisi consuetudo mali sustu-  
lisset admirationē? Ardēt oculi, pallēt ora,  
furorem præfert incessus, frendet uox, cla-  
mor insanus, totus ferreus est, crepant ar-  
ma, fulminat bombardæ. Mītius erat, sī ci-  
bi causa homo hominē deuoraret, sī san-  
guinem hauriret, quanq̄ hūc quoq̄ uentū  
est à quibusdā, ut id odij gratia faciant. At  
nunc idem sit crudelius telis ueneno tin-  
ctis, tartareis machinis. Nullum usquā ho-  
mīnis uestigium. An credas hic ipsam na-  
turam agniturā, qđ condidit? Et si q̄s ad-  
moneat, an nō merito huiusmodi uerbis  
sit admiratura? Quod nouū spectaculum  
ego uideo?

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE

egouideo? Quis tartarus hoc nobis portet  
tum edidit? Sunt qui me nouercam appellent,  
quod in tam immensa rerum summa, ue-  
nena quædā genuerim. quanquā & hęc in  
hominis cōmodum cessura. Quod aliq̄t  
amantia parūmitia finxerim, etiam si nul-  
la fera tam immītis est, quin arte & officijs  
possit sicurari. Hominis cura māsuescunt  
leones, mītescunt Dracones, seruit Vrsi.  
Quæ tādem est ista plusquā nouerca, quæ  
nouam hanc beluam, totius mūdi pestem  
nobis dedit? Vnum animal totum genui  
benevolentię placidum, amicū, salutare.  
Quid accidit, ut in huiusmodi feram dege-  
nerarit? Nihil agnosco hominis illius, quē  
finxi. Quis malus genius uitiauit opus  
meum? Quæ sagamentē humanam excā-  
tauit & incantauit beluinā? Quæ Circe na-  
tiuam uertit formā? Iuberem ut ad speculū  
seſe contēplaretur infelix, sed quid cernat  
oculi, cū mens absit? Tamē aspice te ipsum  
si potes furioſe bellator, si quo pacto con-  
tingat respiscere. Vnde tibi minax crista  
uerticis? Vnde fulgens galea, unde ferrea  
cornua, unde pīnatī cubiti? unde squamæ,  
unde densi?

## DVLCE . BELLVM

unde dētes ērei, unde laminec; unde tela lœ  
tifera; unde uox plusq; ferina; unde uultus  
iste plusq; beluinus; unde tonitru & ful-  
mē, ipso Iouis fulmine, tum formidalius  
tum nocentius? Ego te diuinum quoddā  
animal finxi, quid uenit in mentem, ut te-  
ipsum in tam immanem beluam transfor-  
mares, ut nulla iam belua, futura sit belua,  
si cum homine componatur? Hæc atq; id  
genus alia permulta diceret opinor, archi-  
tectrix illa rerum natura. Proinde cum sic  
conditus sit homo, quemadmodum ostendit  
sus est, cū huiusmodi res sit bellum, quēad  
modum nīmīū crebro sentimus, haud me-  
diocriter admirandum uidetur, quis deus,  
qui mōrbus, aut qui casus, primum in hu-  
manū pectus immiserit, ut lœtale ferrū in  
hominiis stringeret uiscera? Multis gradī-  
bus ad tam insignem uesaniam uentum sit  
oportet. Nemo siquidem repente fuit tur-  
pissimus, ut inquit poëta Satyricus. Sem-  
perq; malorum maxima, sub umbra ac  
specie boni subrepserunt in uitam homi-  
num. Olīm igitur cum rudes illi priscicq;  
mortales, nudi, sine mōenibus, absq; tecto,  
uitam

uitam in syluis agerent, euenit aliquoties,  
 ut aferis ac beluis offenderentur. Cum his  
 igitur primum homini bellum susceptum  
 est, & vir fortis habebatur, ac dux, qui fera-  
 rum uim ab hominum genere depulisset.  
 Quin & æquissimū videbatur iugulare iu-  
 gulantes, trucidare trucidantes, præsertim  
 cum nulla lacestite iniuria ulro nos impe-  
 terent. Ea res cū summæ laudi duceretur.  
 hic enim deus factus est Hercules, Cœpit  
 animosa iuuentus, passim uenari beluas,  
 exuuum ceu trophyum ostentare. Dein-  
 de non contenti iugulasse, pellibus illarū  
 se se munierunt aduersus rigorē hyemis.  
 Hæc erant prima homicidia, hæc spolia.  
 Post hæc longius progressi, rem ausi sunt,  
 quam Pythagoras uehementer impia ar-  
 bitratus est, & nobis poterat prodigiosa ui-  
 deri, nisi uetaret consuetudo, quæ tantam  
 ubiqz uim habet, ut apud nationes quas dā-  
 piūm fuerit habitum, parētem grandæuuū,  
 plagiis obrutum in fossam depellere, & eri-  
 pere uitam illi, per quem uitæ munus con-  
 tigerat. Sanctum haberetur carnibus affi-  
 nium amicorum uesci. Pulchrū existima-  
 B retur,

retur, uirginem in Veneris phano prostrare populo. Multaque ihs absurdiora, quae si quis nunc referat tantum, nemo non sit ab omninaturus. Adeo nihil est tam scelerosum, nihil tam atrox, quod non probetur, si id cōmendet assuetudo. Ergo quod ausi sunt facinus? Non ueriti sunt uesci ferarum extinctarū cadaueribus, dentibus laniare carnem exanimem, haurire sanguinē, exugere saniem, & uiscera, ut ait Ouidius, in uiscera condere. Id facinus, tametsi mitioribus ingenijs tum immane uideretur, tamē commendauit usus & commoditas. Processum est longius. Anoxijs feris itum est ad pecudes innoxias. Seuitum est passim in oves, animal sine fraude dolōque, sauitū in leporem, non ob aliud crimen, nisi quot esculentus esset. Nec temperatum est a boeue domestico, qui suo sudore diu familiam aluerat ingratam. Nulli uolucrum nulli pīscium generi parcitum est, & eo processit gulæ tyrannis, ut nullum animal usq; tutū esset ab hoīs crudelitate. Verum hoc quoque persuasit consuetudo, ut sauitia nō uidere tur in ullum animatis genus, modo ab hominis

minis cæde temperaretur. Sed in nobis fortasse situm est, uitia quemadmodum mare non admittere, uerum ut admisso limitem præscribamus, id nō est cuiq; in manu. Semel receptum utrumuis, haud nostro duci tur arbitrio, sed suo fertur impetu. Postea q; his rudimentis essent ad cædem exercitati, persuasit ira, ut homo hominem, fuste saxoue, aut pugno peteret. Si quidē ijs ad huc armis tum pugnabatur opinor, & iam occidendis pecudibus didicerant, hominē quoq; minimo negocio posse perimi. Verum ista crudelitas diu cōstitit intra monachias. Ad hæc nonnullam etiam æqui speciē habebat sustulisse inimicū, laudi q; coeptū est dari, si q; uiolentū & pestilentē hoīem, cuiusmodi ferūt fuisse Cacū & Bussridē cōfecisset, orbēq; mōstris istiusmodi liberasset. Si quidē uidemus hos etiā titulos in Herculis extare laudibus. Deinde cōcursum est a pluribus, ut quosq; uel affinitas, uel vicina, uel necessitudo coniūxerat. Et quod nūnclatrocinium est, turn bellum erat. Saxis & sudibus præustis, etiānū res gerebatur. Riuulus occurrens, aut rupes,

B ij aut

aut simile quippiam obusū prælia dirimebat. Interea dum crescit usu feritas, dum gliscunt iræ, dum magis ardescit ambitio, furorem suū armant ingenio. Excogitantur arma qualia cunctæ, quibus se cōmunirēt, excogitantur tela, quibus hostē perderent. Iam passim, iam frequentiore manu, iā armati conflictari cœperunt. Nec huic mani festo furori, suus defuit honos. Bellum appellarunt, & uirtutem esse uoluerūt, si quis sui capit is periculo uim hostium, à liberis, ab uxore à pecore, a domesticis latebris pelleret. Atq; ita paulatim una cum rerum cultu crescente malitia, bellum indicere cœpit, ciuitas ciuitati, regio regioni, regnum regno. Quanq; in reper se crudelissima tam remanebant adhuc humanitatis pristinæ uestigia. Repetebantur res per feciam, citabantur testes superi, uelitatiōe præludebatur ad pugnā. Telis vulgaribus, & uirtute, non dolo res agebatur. Nefas erat ferire hostem, nisi signo dato, non licebat pugnare, ubi receptui cecinisset imperator. Deniq; uirtutis & gloriæ, certamē erat, magis q; occidendi cupiditas. Necdum ar  
ma mo

ma mouebantur, nisi in exteris, quos ob  
id hostes, uelut hospites appellabāt. Hinc  
nata sunt imperia, quorum nullū unq̄ fu-  
it in ulla natione, quod nō fuerit multo ge-  
neris humani sanguine paratū. Deinceps  
assidue bellorū uices, dum uicissim alius a  
liū ab impetio depellit, & sibi uīdicat. Post  
hæccum imperia quoq̄ ad sceleratissimos  
mortales deuenissent, iā in quoslibet, pro-  
libidine mota sunt arma, neq; male meriti,  
sed bene fortunati, cœperunt maxime bel.  
Ipericulis esse obnoxij & iā plij scopus, nō  
laus est, sed sordidū lucrū, aut hoc etiā sce-  
leratus aliquid. Nō dubito quin hæc pro-  
spexerit sapiētissimus ille Pythagoras, cū  
philosophico cōmento multitudinē hoīm  
i peritā a laniādis pecudibus deterreret, Vi  
debat futurum, ut qui nulla laceſitus in iu-  
ria, pecudis innoxiæ sanguinē fundere cōs-  
stueiſſet, idem cōmotus ira, & iniuria pro-  
uocatus, nō metueret hominem interime-  
re. Porro bellum quid aliud est, q̄ multorū  
cōmune homicidium: & latrociniū, hoc  
sceleratus, quo latius patens? Sed ridetur  
hæc ceu deliramēta scholasticorū, a crassis

Bīj proce-

proceribus nostri temporis. Et tamen ab his  
 initijs, huc uidemus esse peruetum insaniae,  
 ut tota uita nihil aliud agat. Belligeramus  
 assidue, g̃es cū gente collidit, regnum cū re-  
 gno, ciuitas cū ciuitate, princeps cū principe,  
 populus cum populo, & quod ethnici  
 quoq; facent impiū, affinis cū affini, cognatus  
 cū cognato, frater cū fratre, filius cū pa-  
 tre. Deniq; quod ego sane puto ihs omib; bus  
 atrocious Christianus cū hoīe, addam inui-  
 tus quod est atrocissimum, Christianus cū  
 Christiano. Eto cæcitatem mentis huma-  
 nae, hæc nemo miratur, nemo detestat. Sunt  
 qui applaudant, qui uehant laudibus, qui  
 rem plusq; tartaream sanctā appellant. Bel-  
 latur à decrepitis, bella à sacerdotibus, bel-  
 latur a monachis, & cum re tam diabolica  
**CHRISTVM** miscemus. Concurrunt aci-  
 es utriq;, crucis insigne præferentes, quæ  
 uel ipsa poterat admonere, quo pacto con-  
 ueniat uincere Christianos. A sacro illo cœ-  
 lesti, quo perfecta illa & ineffabilis Chri-  
 stianorū cōiunctio representatur, curritur  
 ad mutuā cædem, & rei tam impiæ **CHRI-**  
**STVM** facimus & spectatorem & autore.

Vbi

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE.

Vbi nam diaboli regnum est, si in bello nō  
est? Cur huc pertrahimus C H R I S T V M ,  
cui citius cum quoquis luponari conueni-  
at, q̄cum bello. Indignatur Paulus aposto-  
lus, ullam esse controvērsiam inter Chri-  
stianos, ut iudex sit adeūdus, q̄ litē dirimat  
Quid si conspiceret nos toto orbe bellige-  
rantes. & quamlibet leui de causa, immāni  
us q̄ ulli bellari int̄ ethnici, crudelius q̄ ulli  
barbari: idq̄ fieri autorib⁹, hortatorib⁹  
adiutorib⁹ his, qui pacificum illū, & om-  
nia conglutinantem pontificem repræsen-  
tant, quiq̄ pacis om̄ie salutāt popolu. Ne-  
q̄ meclā est, quid iam dudū mihi reclamēt  
Cares isti. Bellum suscipimus inuiti, alios  
rum coacti malefactis. Ius nostrum perse-  
quimur. Quicquid malorum habet bellū,  
illis feratur acceptum, qui belli dedere cau-  
sas, Sed quiescant interim paulisper, & ho-  
rum causationes suo loco refellemus, ac fu-  
cum hunc, quo morbum nostrum prætexi-  
mus, detrahemus. Iam sicut hominem cū  
bello, hoc est animal placidissimū, cū re lō  
ge immanissima cōposuimus, quo magis  
p̄spicua fieret atrocitas, sic bellū cū pace,

B iiii rem

rem miserrimā, pariter & sceleratissimā, cum re felicissima, simul & optima compa-  
remus, atq̄ ita demū apparebit, quātæ de-  
mentiæ sit, tanto tumultu, tātis laboribus,  
tanto sumptu, tāto discrimine, tot calamis-  
tatibus affectari bellum, cum multo mino-  
ris emi possit cōcordia. Princípio quid in  
rerū natura dulcius, aut melius amicitia?  
Nihil profecto. Atqui quid aliud est pax,  
quā multorum inter se amicitia? Sicuti cō-  
tra bellum nihil aliud est, quā plurium si-  
multas. Bonorum autē ea ratiō est, ut quo  
latius pateant, hoc plus adferant cōmodi-  
tatis. Prōinde cum unius cūm uno necessi-  
tudo, res sit adeo suavis & salutaris, quā in-  
gens erit felicitas, si regnum cūm regno, si  
natiō cūm natiōne, necessitudinē uinculo  
copuletur. Ediuerso, malarū rerum ea est  
natura, ut quo latius manarint, hoc magis  
fint suo digne uocabulo. Itaq̄ si miserum,  
si sceleratum est, hominē cum homine ferro  
cōgredi, quanto calamitosius, quātōq̄ sce-  
leratus est, idem à tot hominū milibus fie-  
ri. Concordia res paup̄æ crescunt, discordia  
dilabuntur & magnæ. Pax omniū bo-  
narum

narum rerum & parens est & nutrix. Bellum repente semelq; quicquid est lætum, quicquid est pulchrum, obruit, extinguit, abolet, omniūq; malorum Lernam quandam in uitam mortalium effundit. Pacis tempore, non secus ac si nouū quoddam uer rebus humanis adfulserit, colunt agri, uernant horti, pascūtur lætæ pecudes, edificantur uillæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augmentur extuncta, crescunt opes, aluntur uoluptates, uigent leges, floret reipublicæ disciplina, seruet religio, ualet æquitas, pollethumanitas, calent artes opificiū, uberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia diuitum. Efflorescunt honestissimaruū disciplinarum studia, eruditur iuuentus, tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspicijs nubunt virgines, laudantur simili prole puerperæ. At simulatq; belli sæua tempestas ingruerit, deum immortalem, quā ingens malorum pelagus occupat, inundat, obruit uniuersa. Abiguntur armēta, proterruntur segetes, trucidātur agricolæ, exuruntur uillæ, tot sacerulis extuctæ floren-

B · v tissimæ

## DVLCÆ BELLVM

tissimæ ciuitates, una procella subuertuntur. Adeo procliuius est lædere, quā bene facere. Ciuium opes ad execratos latrones ac sicarios transferuntur. Miserent dothus, metu, luctu & quærimonījs, lamentis complentur omnia. Frigent artes opificū, pauperibus, aut iejunandū, aut ad īpias confugiendum artes. Diuites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, usque modo miserrimi. Virginū aut nullæ, aut tristes & funestæ nuptiæ. Desolatæ matronæ domi sterilescunt, silent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas, religio ludibrio est, sacri & prophani nullum omnino discrimen. Corrumperit omni uitiorum genere iuuentus, damnant longeuitatem suam luctuosí senes. Nullus honos honestis literarum studijs. In summa plus malorum sentimus in bello, quā ullius sermo possit àsequi, nedum meus. Forte tolerari poterat, si bella calamitosos modo nos facerent, non etiam nocentes & īpios, si pax feliores tantum redderet, non meliores quoq;. Nimium heu nimium malorū erat, quibus assidue uelit nos

uelit nolit, uexatur, atteritur, absorbet, eru  
mnoſa mortalitas. Ante bis mille ferme an  
nos, trecēta morborum nomina medicis  
ſunt animaduersa, præter species, iam &  
quotidie ſubnafcetes nouos, & ſenectu  
tem ipsam, morbum ineuitabilem. Legi  
mus alibi, totas urbes terre quaffatiōe ſub  
rutas, alibi conflagratiſſe fulmine, alibi fo  
lidæ etiam hiatu terrarum absorptas regi  
ones, oppida ſuffoſſione cunicularū cor  
ruiffe, ut ne commemorem, quantam ho  
minum multitudinem iam ob affuetudi  
nem contempti caſus abſumant, exunda  
tio maris & fluminum, ruinæ mótiū &  
ædificiorū, uenena, lapsus, feræ, cibus,  
potus, ſomnus. Alium haustus in potu  
lactis pilus, aliū acīnum uuæ, aliū os  
piscis inhærens gutturi præfocauit. Sunt  
quos ſubitum exanimari tgaudium, nam  
de uehementi dolore minus eſt mirum.  
Adde nunc fatales peſtilentias, non raro  
paſſim ſæuientes. Nulla pars orbis eſt, unde  
non immineat periculū humanæ uitæ,  
alioqui per ſe quoq; fugaciſſimæ. Tantū  
undiq; malorū obturbat, ut nō ſine cauſa.

Homerus

Homerus hominem animantium miserum pronunciauerit. Verum haec mala quoniam nec uitari facile possunt, nec nostro accidunt uitio, calamitosos tatum faciunt, non item facinorosos. Quid iudicat tam innumeris obnoxios calamitatibus, ultiro sibi malum, perinde quasi desit, accersere? Ea accersere non quoduis malum, sed malum omnium multo terribilium, tam perniciosum, ut unum vincat omnia, tam fœcundum, ut unum in se complectatur universa, tam pestilens, ut non minus impios efficiat, quam erumnosos, ut miseros reddat, nec tamen miserandos. Ad hinc iam his omnibus, quod pacis commoda latissime sese diffundit, & ad plurimos pertinent. In bello, siquid feliciter cecidit, quanquam o superi, quod hic potest dici felix: id ad paucos pertinet, & eos indignos. Alterius salus, alterius est exitium, alterius opes, alterius sunt spolia. Huius triphus, illius est luctus; ut acerba sit infelicitas, immanis & cruenta felicitas. Quanquam plerunque fit, ut iuxta Cadmæam, quam vocant uitriam, utraque pars ploret. Et haud scio, an unquam

an unquam bellum adeo cesserit feliciter  
ut cardatum uitorem suscepti non pœ-  
nituerit. Ergo cum pax res sit omnium  
tum optima , tum iucundissima, bellum  
contra res omniū miserrima, simul & sce-  
leratissima, num hos sanæ mentis arbitra-  
bimur, qui cum illam mediocri negocio  
parare queant, hoc malint summis etiam  
difficultatibus accersere. Primum quā in-  
suaus res primus ille belli rumor, deinde  
quantum inuidiae subeundum principi ,  
dum crebris decimationibus expilat suos.  
Quantum negocij in adiungendis aut re-  
tinendis auxilijs, quantum in accersendis  
barbaricis cohortibus,& mercenario mi-  
lite. Quantum impendij, simul & cura-  
rum in apparandis classibus , in extruen-  
dis aut sarcientis arcibus & præsidij, in  
adornandis tentorij, in fabricandis & co-  
portandis machinis, armis, telis, sarcinis,  
uehiculis, commeatu. Quantū laboris ex-  
hauriendū, in compingendis vallis, in e-  
vacuandis fossis, in suffodiēdis cuniculis,  
in excubij, in stationibus, in exercitamen-  
tis . Omitto iam metus, omitto pericula ,  
(quid em

# DVLOE BELLVM

(quid enim non metuendum in bello?)  
Quis enumerare ualeat incommoda vite,  
quæ stultissimi milites in castris perferunt?  
Victum, quem bos quoque fastidiat Cy-  
prius, somnos raros, nec hos tuo datos ar-  
bitrio. Tentorium undique uentis perui-  
um, ac ne tentorium quidem. Durandum  
sub dio, cubitandum humi, standum in  
armis, ferenda inedia, frigus, æstus, pul-  
uis, hymber, seruiendum ducibus, uapu-  
pulandum ferulis, quandoquidem nulla  
est ullius mancipij seruitus indignior, quā  
militum. Ad hæc ad triste signum eūdum  
in mortem, ut aut occidas immaniter, aut  
cadas infeliciter. Tantum malorum susci-  
pitur, ut ad rem omnium miserrimam li-  
ceat peruenire. Tam immensis malis nos  
ipsos prius affligimus, ut alios possimus  
affligere. Quod si uelimus rem ad calcu-  
lum uocare, & ueris rationibus expende-  
re, quanti bellum cōstet, quanti pax, pro-  
fecto comperiemus, hanc uel decima par-  
te curarum, laborum, molestiarum, peri-  
colorum, sumptuum, deniq; sanguinis pos-  
se comparari, quibus bellum accersitur.

Tantā

Tantam hominum turbam educis in periculum, ut oppidum aliquod euertas, at horum opera, uel citra periculum, aliud extrui poterat multo praeclarius oppidū. Sed nocere uis hosti, iam hoc ipsum inhumanum. Attamen illud expende, num illi nocere non possis, nisi prius noceas tuis. Et furiosi uidetur hominis, tantum certi mali sumere, cum incertum sit, quo sit alea belli casura. Verum esto, rapuerit ad hanc uesaniā ethnicos, uel stulticia, uel ira, uel ambitio, uel avaritia, uel immanitas, si ue ( qd' magis arbitror ) ab inferis immisæ furiæ. Vnde hoc nobis in mente uenit, ut Christianus in Christianū crenatū strinat ferrum. Parricidiū uocatur, si frater occidat fratrem. At Christianus coniunctior Christiano, qd' ullus germanus germano, nisi firmiora sunt naturæ vincula, quam CHRISTI. Quāabsurdū est, eos penēcōtinēter inter se belligari, qd' una domus habet ecclesia, quieiusdem corporis membra, communī capite gloriantur, nempe CHRISTO, communem habent partem in cœlis, cōmuni vegetantur spiritu, nisdem

# DVLCE BELLVM

ījsdem initiati sunt mysterijs, eodem redē-  
pti sanguine, eodem renati fonte, ījsdem a-  
luntur sacramentis, eidem militant ī impe-  
ratori, eodem uescuntur pane, eiusdē parti-  
cipes sunt calicis, cōmunem habent hostē  
diabolum, postremo ad eandem om̄es uo-  
cati sunt hæreditatem. Vbi sunt tam mul-  
ta perfecte concordiaē sacramēta? ubi tam  
innumera pacis documenta? Vnum præ-  
ceptum C HRITVS appellauit suum, nē-  
pe charitatis. Cum hac, quid æque pugnat  
atq; bellum? Felici pacis om̄ine salutat su-  
os. Discipulis præter pacem nihil donat,  
præter pacem nihil relinquit. In sacrī illis  
præcibus illud precipue patrē orat, ut quē  
admodum ipē idem erat cum eo, ita & sui,  
hoc est, Christiani, idem essent secum. Iam  
plus audis, q̄ pacem, plusquā amicitiam,  
plusquā concordiam. C HRIR TI typum  
habebat Solomon, quod Hebræis pacifi-  
cum sonat, ab hoc sibi in templum extrui  
uoluīt. Nato C HRIS T O , non bellum, ne  
q̄ triumphos. sed pacē canunt angelī. De  
nondū nato præcintit uates ille mysticus;  
Et factus est in pace locus eius. Vniuersam  
illius

illius doctrinam excute, nihil unq̄ reperi-  
ries, quod non spireret pacē, quod nō sonet  
amicitiam, quod non sapiat charitatē. Et  
quoniam intelligebat pacē aliter nō posse  
constare, nisi penitus contemptis his, pro  
quibus mundus hic digladiatur, iussit ut à  
se disceremus esse mites. Beatos uocauit, q̄  
diuitias pro nihilo ducerent, nam hos uo-  
cat pauperes spiritu, Beatos, qui uolupta-  
tes huius mundi spernerent, quos lugētes  
appellat, qui se paterentur suis exturbari  
possessionibns, sciētes hic nihil aliud esse,  
quam exilium, uerā patriā, uerā possessionem  
in cœlo sitam esse pījs. Beatos, qui bñ  
merentes de omnibus, impune & male au-  
diren, & malis afficerent. Vetuit, ne quis  
malo resisteret. Breuiter ut om̄is illius do-  
ctrina, toleratiā & amorem præcipit, ita  
tota uita nihil aliud docet, q̄ mansuetudi-  
inem. Sic illerregnauit, sic bellauit, sic ui-  
cit, sic triumphauit. Nec aliud inculcant A-  
postoli, qui purum adhuc C H R I S T I spi-  
ritum imbiberant, & musto illo feliciter e-  
rant temulenti. Quid undiq̄ sonant om̄es  
Pauli literæ, nisi pacem, nisi longanimita-

C tem,

tem, nisi charitatem? Quid Ioannes loquitur, quid iterat, nisi dilectionem? Quid aliud Petrus? quid aliud omnes uere Christiani? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? An fabula est, quod CHRISTUS TVS se uitem appellat, suos palmites? Quis unquam uidit palmitem pugnare cum palmito? An uanum est, quod non semel scripsit Paulus Ecclesiā nihil aliud esse, quod unū corpus ē diuersis membris connexum, adhaerens uni capiti, CHRISTO? Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentre cum pede? In hoc uniuerso, rerum omnium tam dissimilium, harmonia est. In animalis corpore, pax est membro cum membro quod quæcum pars dotis habet, non uni sibi habet, sed in commune omnibus. Si quid accidit unicui libet, oportulatur universum corpus, An plus potest in peritus ro corporenaturæ connexio, quod in mystico & immortali, copula spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto CHRISTI Fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic & in terra? In illa ciuitate, summa concordia ē. At CHRISTUS nihil aliud esse uoluit

uoluit suam ecclesiam, q; cœlestem quēdā  
 populum in terris, ad illius imaginē, quo-  
 ad fieri potest, uiuentem, illo properātem,  
 ab illa pendentem. Age finge, iā mihi nūc  
 nouum aliquem hospitem, uel e lunaribus  
 illis ciuitatibus, quas inhabitat Empedo-  
 cles, uel ex uno quopiā mundo eorū, quos  
 innumerabiles fabricatus est Democritus,  
 in hunc nostrum uenisse, quid hic rerum a-  
 gatur cupientem cognoscere. Cunq; de sin-  
 gulī edoctus audierit esse unum quoddā  
 animal, mire cōmixtum ex corpore, quod  
 cūbrutis habeat cōmune, ex anio, quo diui-  
 nae mētis referat imaginē. Id adeo esse ge-  
 nerosū, ut quāq; hic exulet, tñ cæteris omī-  
 bus iperet animātibus, qđ ob cœlestē origi-  
 nē semp ad cœlestia nīta, & imortalia. Qđ  
 intantū curæ fuerit æterno numini, ut quo-  
 niā neq; naturæ uiribus, neq; philosophiæ  
 rationibus assequi poterat, quod affecta-  
 bat, unicum filium suum huc delegarit qui  
 nouum doctrinæ genus inuexerit. Deinde  
 simulatq; totam CHRIS TI uitam, ac de-  
 creta perdidicerit, cupiat ex edita quapiam  
 specula, uidere quod audisset, Vbi conspe-  
 C ij xerit

# DVLCE BELLVM

xerit cætera animantia probe in suo gene-  
re degere, ac naturæ legibus ducinihil ap-  
petere, nisi quod dicit natura, unum ani-  
mal inter se cauponari, negociari, rixari,  
belligerari, nonne quoduis animal, poti-  
us suspicabitur hominem esse de quo au-  
dierit, quam ipsum hominem? Deinde  
admonitus ab indice quis sit homo, iam  
dispiciat ubi sit gressus ille Christianus, qui  
coelestis illius doctoris institutum sequentes,  
angelicæ ciuitatis simulacrum exhibeant,  
an non ubiuis potius iudicabit habitare  
Christianos, q̄ in hisce regionibus, in qui-  
bus tantam uideret opulentiam, luxum,  
libidinem, fastum, tyrannidem, ambitio-  
nem, fraudem, inuidiam, iracundiam, di-  
scordiam, rixas, pugnas, bella, tumultus,  
breuiter omniū rerū, quas CHRISTVS  
damnat, maiorem pene Lernam, quam  
apud illos Turcas, aut Saracenos? Vn-  
de igitur pestis hæc irrepsit in populum  
Christianum? Nimirū paulatim hoc quo-  
q̄ malum, sicuti cætera pleraq; receptum  
est ab incautis. Siquidem omne malū, aut  
sensim obrepit in hominum uitam, aut sub  
prætextu

prætextu boni sese insinuat. Primum igit̄ irrepit eruditio, uelut idonea res ad cōfutandos hæreticos, philosophorū, poëtarū & oratorum literis armatos. Et initio quidem non ista discebātur à Christianis, sed quibus forte contigerant ante CHRI-TVM cognitum, hñ quod iam partum erat in pios cōferebant usus. Eloquētia quoq; dissimulata magis q̄ spreta primum, deinde palam etiam comprobata. Proinde sub prætextu profligēdi hæreticos subrepsit ambitiosa rixandi libido, quæ non mediocrem ecclesiæ pestem inuexit. Tandem huc processum est, ut in medium Theologiam totus sit receptus Aristoteles, & ita receptus, ut huius autoritas pene sanctior sit quam CHRISTI. Nam siquid ille dixit, parum accommodum ad uitam nostram, licet interpretamento detorquere, cæterū exploditur illico, qui uel leuiter ausit Aristotelicis oraculis refragari. Ab hoc didicimus nō esse perfectam hominis felicitatē, nisi corporis & fortunæ bona accesserint. Ab hoc didicimus non posse florere rem publicam, in qua sint omnia communia.

Cij Huius

Huius omnia decreta, cum CHRISTI doctrina conamur adglutinare, hoc est aquā flammis miscere. Recepimus nonnihil & à Cæsareis legibus, propter æquitatē, quā præ se ferunt, & quo magis conuenirent, Euangelicam doctrinam ad eas quoad licuit detorsimus. At hæ permittunt uim ui repellere, suum quemq; ius persequi, probant negociationem, recipiūt usuram, modo moderatam, bellum ceu rem præclarā efferunt, modo iustum. Denique tota iam CHRISTI doctrina, dialecticorū, sophistarum, mathematicorum, oratorum, poëtarum, philosophorum, & iureconsultorū, gentilium literis, ita cōtaminata est, ut maxima pars æui consumenda sit, priusquam uacet, arcanas scrutari literas, ad quas ut aliquādo uenias, tot tamē opinionibus mūdanis infectus accedas, oportet. ut CHRISTI iam decreta, aut prorsus offendāt, aut ad illorum dogmata torqueātur. Atq; hæc res adeo non improbatur ut nefas sit eum de Christianis loqui literis, qui sese nugis Aristotelicis, uel potius sophisticis, totum ad ambas usq;, quod aiunt, aures non expleurerint

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE.  
pleuerit. Quasi uero CHRISTI doctrina  
sithuiusmodi, ut non uel maxime possit esse  
communis omniū, uel ullo pacto cum phi-  
losophorū sapientia cōsentiat. Post hæc res-  
cepimus honoris nonnihil. Quem deinde  
ueluti debitum cœpimus exigere. Id uisum  
est non iniquum. Deinde recepimus opes,  
sed in pauperum subsidium distribuēdas,  
post etiam in usus nostros. Quidni, postea  
quod didicimus hūc esse charitatis ordinem,  
ut sibi quisque sit proximus? Necque deerant  
prætextus, huic malo, Pium cōsulerelibe-  
ris. Aequū prospicere uenturæ senectutis.  
Postremo cur reijciam opes, si citra fraudē  
contingant? His gradibus paulatim eo utē-  
tum est, ut is optimus habeatur, qui sit locu-  
pletissimus, nec unquam maior fuerit honos di-  
uitijs apud Ethnicos, quod hodie sit apd' Chri-  
stianos. Quid enim est omnino, uel sacrū,  
uel prophanū, quod non harū geratur arbitrio?  
Videbatur his ornamentiſ conuenire,  
non nihil imperij. Neque defuit, qui uolue-  
rit cedere. Receptū est hoc quoque, sed gra-  
uatim & parce. Demū ita, ut solo titulo cō-  
tenti, rē libēter in alios reijceret. Postremo  
C iiii paula

Postremo paulatim huc itū est, ut Episco-  
pus sibi, non uideatur episcopus, nisi mū-  
danæ ditionis aliquid accesserit. Parum  
honestus Abbas, si nusq̄ possit, quod pos-  
sunt tyranni. Tandem perficta facie, pu-  
dorem omnem absterimus, oīnia uerecū  
diae repagula discussimus. Quicqd unq̄  
apud Ethnicos fuit auaritię, quicqd ambi-  
tionis, quicqd luxus, quicqd fastus, q̄cqd  
tyrannidis, id imitamur æquatus, uinci-  
mus. Et ut de leuioribus interim sileam,  
an unquā apud Ethniços bellatum est, aut  
æque perpetuo, aut crudelius, quam inter  
Christianos? Quas tēpestates, quos bel-  
lorū æstus, quoties diſciſſa foedera, quas  
strages his paucis annis conspeximus?  
Quæ natio, cum qua nō conflictata est fer-  
ro? Et postea Turcā execramur, quasi poss-  
sit ullum spectaculum esse Turcis iucundi-  
us, quā quod illis quotidie mutuis cladi-  
bus exhibemus ipsi. Insaniebat Xerxes, cū  
ingentem illam multitudinē Græciam in-  
uasurus educeret. An tibi cōstitisse animo  
uidetur, qui Atho monti minaces scrip-  
rit epistolas, ni cederet, qui mari Helleſpō-  
to, quod

to. quod parum commodū fuisset nauigare uolenti, plagas iusserit infligi. Furebat Alexander ille magnus. Quis negat. Op̄tabat semideus ille plureis mundos, quos deuinceret, tanta gloriæ febris, iuuenilem obfederat animū. Et tamē isti, quos Sene-  
 ca nō dubitat furiosos appellare latrones,  
 bellabant humanius nobis, bellabant ma-  
 iore fide, nec similibus machinis, nec simi-  
 libus artibus, nec tam friuolis titulis, quā  
 bellamus Christiani. Illi præter gloriā ni-  
 hil ambiebant. Gaudebāt florentiores red-  
 dere puincias, quas' bello subegissent, po-  
 pulos agrestes, sine literis, sine legibus ri-  
 tu ferarum uiuentes, ciuilibus artibus ex-  
 poliebant. Regiones incoltas extractis op-  
 pidis reddebant celebres. Parum tuta com-  
 muniebant, pontibus, littoribus, aggeri-  
 bus, milleq; id genus commoditatibus, ut  
 tam hominū adiuuabant, ut tum expedi-  
 erit deuinci. Quin in medijs etiam bellis,  
 quā multa fertuntur, ab his uel dicta sapi-  
 enter uel gesta temperate? Cæterum quæ  
 geruntur in bellis Christianorum, & ob-  
 sceniora sunt & atrociora, quā ut sinthic

C v cōmes

commemoranda. Pròinde qđ in illis erat  
pessimū, id solum exprimimus, immo su-  
peramus. Sed iam operæ preciū fuerit au-  
dire, quibus modis hanc tantam insaniam  
nostram tueamur. Si nullo, inquiunt, pa-  
cto fas esset bellare, deus nō fuisset Iudæis  
autor bellādi aduersus hostes. Audio, sed  
illud addas oportet Iudæos nunquā bellas  
se inter se, uerum aduersus alienigenas &  
impios. Nos Christiani pugnamus cum  
Christianis, illis diuersa religio, & nō ea-  
dem numina, dissidiij causa fuit, nos aut pu-  
erilis ira, aut pecuniæ fames, aut gloriæ si-  
tis sæpenūero foeda merces huc adducit,  
Illi iussu diuino pugnabant, nobis animi  
perturbatio ferrū dat in manū. Quanq; si  
usc; adeo placet exemplū Iudæorū, quin  
eadem opera, præputiū accidimus? quin  
immolamus pecudes? quin abstinemus à  
carne suilla? Cur non ducimus singuli plu-  
res uxores? Cum hæc execremur, cur solū  
bellandi placet exemplum? cur hic deniq;  
literam sequimur occidentē? Iudæis per-  
missum est bellū, sed ita, quēadmodum &  
repudium, nimirum obduritiam ingenij.

At postea

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE.

At posteaquā CHRISTVS iussit recondī  
gladiū, nefas est pugnare Ch̄ianos, nisi  
pulcherrimū illud prēliū, cū tēterrīmis ho-  
stibus ecclesię, cū studio pecuniae, cū iracū-  
dia, cū ambitione, cū metu mortis. Hi sunt  
Philistei nostri, hi Nabughodonosor, hi  
Moabitæ, & Ammonitæ, cū q̄bus nullas  
nobis inducias esse oportet, assidue p̄seren-  
dæ manus, donec excisis fūditus hostibus  
succedat trāquillitas, q̄s n̄isi subegerimus,  
neq̄ cuiq̄ secū, neq̄ cū alio uera pax cōsta-  
re poterit. Solum hoc bellū ueram gignit  
pacē. Hic qui uicerit, cū nemine mortaliū  
belligerari uelit. Nihil em̄ me mouet, qđ  
quidā duos gladios interptant utrāq̄ po-  
testatem, sacerkularem & ecclesiasticā. Cum  
CHRISTVS in hoc ipsum passus sit Pe-  
trum errare, ut posteaq̄ iussus esset gladiū  
recōdere, nemini dubium relinqueretur,  
quī uetitū esset bellū, quod antea uide-  
batur esse licitū. Sed Petrus, inquiunt, pu-  
gnauit. Pugnauit, sed Iudæus adhuc, non-  
dum accepto spiritu uere Christiano. Pu-  
gnauit non pro suis titulis, aet prædījs, uti  
nos, nec p̄ sua quidē uita, sed p̄ uita m̄grī.

Deniq̄

Deniqe pugnauit is, qui paulo post abnegauit. Si placet exemplum pugnatis, placeat & inficiatis. Et cum simplici laberetur affectu, tamen reprehensus est. Alioqui, si probabat huiusmodi defensione CHRI-  
STVS, sicut quidam insulsissime interpretantur, cur omnis illius & uita & doctrina, nihil aliud quam tolerantiam prae*dicat*? Cur suos baculo tantum & per armatos, tyrannis obiicit? Si gladius ille, quem diuenditis omnibus iubet emi CHRISTVS, est moderata aduersus persecutores defensio, quemadmodum impie quidam interpretantur, nedum in erudite, cur hac nunquam usi sunt martyres? At dictathoc, inquit, ius naturae, legibus comprobatur est, usus crudine receptus est, ut uim ui*ppellamus*, & uitam quisque suam tueamur tum & pecuniam, quandoquidem animae loco est, ut inquit Hesiodus. Fateor, at his omnibus efficacior gratia, dictat, ne re maledicamus maledicentibus, ut de malemerentibus benemeramur, ut tollenti partem possessio num, totam concedamus, ut deprecemur pro his quoque, qui mortem intentant.

Ad ap-

Ad apostolos, inquiunt, ista pertinent, immo ad uniuersum CHRISTI populū, & corpus, ut diximus, quod totum abso-  
lutum esse oportet, etiam si in dotibus ali-  
ud membrū alio sit insignius. Ad eos ni-  
hil pertineat doctrina CHRISTI, qui nō  
sperant præmium cum CHRISTO. Illi  
pro pecunia prædijsq; digradientur, qui ri-  
dent qd' dixit CHRISTVS, beatos paup-  
eres spiritu, hoc est, eos diuites, qui ni-  
hil in hoc mundo concupiscerent, diuitia-  
rum, Qui felicitatis summam in his collo-  
carunt opibus, dimicant pro tuenda uita,  
sed n̄j, qui non intelligunt hanc mortē esse  
potius quam uitam, & p̄ijs immortalitatē  
esse paratam. Iam obijciunt nobis Roma-  
nos aliquot pontifices, qui bellādi fuerint  
autores, simul & adiutores. Obijciunt de-  
creta patrum, in quibus bellum approba-  
ri uidetur. Sunt quidem huiusmodi quæ-  
dam, sed apud recentiores, CHRISTI ui-  
gore iam relangescēte, sed ea per pauca,  
cum sint innumera apud probatæ sancti-  
tatis scriptores, quæ à bello deterreant.  
Cur hæc paucula nobis potissimū in mer-  
tem ue-

tem ueniunt. Cur à CHRISTO , ad homines deflectimus oculos , & incerta exempla quā indubitatum sequimur malumus? Romani pontifices primū homines fuerunt. Deinde fieri potest, ut aut stulti fuerit, aut mali. Quanq̄ ne in istis quidem complices hoc genus bellorū, quo nos assidue conflictamur, approbatum fuisse. Id quod clarissimis euincere argumentis, nī fugerem digressioni longius immorari. Lauda uisdiuus Bernardus bellatores, sed ita laudauit, ut nostram omnem damnet militiam. Quanquā cur me moueat potius Bernardi scriptū, aut Thomæ disputatio, quā CHRISTI dogma, q̄ in totū uetus, nemiro resistamus, nimirū eo more, quo vulgaris resistit? Sed licet, in quietū, unū maleficum afficere supplicio, licet igitur & ciuitatem ulcisci bello. Quid hoc loco responderi possit, prolixius est, quā ut sit replicandum. Illud modo dicā, hoc interesse, quod in iudicij conuictus dat poenas legibus, in bello utraque pars alteram ream agit, illīc ad eum modo reddit malum, qui læsit, exemplū ad omneis peruenit, hic maxima pars

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE.

malorum in eos redundat, qui minime dis-  
gnisunt malo, nempe ad agricolas, ad se-  
nes, ad matronas, ad pupillos, ad uirgines.  
Cæterum si ex re oīm pessima quicq; omi-  
no cōmodi potest colligi, id totū ad scelera  
tissimos aliquot latrones deriuatur, ad mi-  
litem mercennariū, ad strenuos prædo-  
nes, ad pauculos forte duces, quorū artifi-  
cio bellum in hoc ipsum fuerat excitatum.  
Et quibuscum nunquā melius agitur, quā  
in summo reipub. naufragio. Illic uni non  
parcitur, ut omniū consulatur salutē, hic ut  
paucorū, aut unius fortassis uicem ulciscas-  
mur, tot hominum mīlia nihil cōmerito-  
rum crudeliter affligimus. Præstat pauco  
rum admissum īmpunitū omitū, quā dum  
unum, aut alterū in pœnā deposcimus in-  
certā, nostros pariter & finitimos, & inno-  
cētes hostes, sic enim uocamus, incertum  
adducere discrimē. Satius est relinquī uul-  
nus, cui sine grati totius corporis pnicie,  
mederi nō queas. Quod si quis clamet ini-  
quū, nō dare pœnas, q̄ peccarit, respōdeo  
multo esse iniquius, tot innocentū mīlia,  
citra me.

citra meritum in extremā uocari calamitatem. Quāq̄ his temporibus omne ferē bellum ē titulis, nescio quibus nasci uidemus, & ex e principū foederibus, dum ut unum aliquod oppidulum suæ vindicēt ditioni, totum periclitantur imperiū. Deinde hoc ipsū, quod tāto sanguine uindicatū est, rursum aut reuendūt, aut donant. Dixeritali quis, Non tis igitur príncipes suū ius persequi? Scio non esse mei similiū, de princi-  
pum negocīs audacius disputare, quod ut tutū sit, prolixius tamen est, q̄ ut huic loco cōueniat. Tantū illud dicam, si titulus qua liscūq̄, uidebitur idonea suscipiendi belli causa, in tantis rerū humanarū uicibus, tā-  
tis commutationibus, nulli posse titulū de esse. Quæ gens nō aliquando suis sedibus & pulsā fuit & pepulit? Quoties aliūde des-  
migratū est alio? Quoties huc & illuc, uel casu, uel ex foedere trāslata īperia? Repetāt scilicet hodie Patauini Troianū solū, qđ Antenor olim fuerit Troianus, Repetant Africam & Hispaniam, Romani, quod hæ prouinciae quondam fuerint Romanorum. Dominiū uocamus qđ est administratio.

Non

Non est idē ius in hoīes naturaliberos & in pecudes. Hoc ipsum ius quod habes, populi cōsensus dedit. Eiusdem autem nisi fallo est collere qui contulit, uide q̄ nō magna res agitur. Nō illud decertatur, uthāc, aut illā ciuitas bono principi pareat nō tyranno seruiat, sed utrum Ferdinandi cēseatur titulo, an Sigismundi, Philippo censum pendat, an Ludouico. Hoc est illud egregium ius, ob quod uniuersus orbis bellis, cædibusq̄ miscetur. Sed esto, ualeat quātum libet hoc ius, nihil interficit inter priuatū agrum, & ciuitatem, nihil inter pecudes tuo ære emptas, & homines non solū ingenuos, uerum etiam Christianos, attamen prudenter est expendere, num tanti sit ut tam immensis tuorū malis persequaris. Si principis animnm præstare non potes, at saltē negotiatoris adhibe. Contemnit ille dispēdium, si perspexerit uitari non posse, nisi grauiore iactura, & lucri loco ducit, quod paululo damno cū fortuna deciderit. Saltem illum imiteris, de quo uulgo non infestua fabula celebratur. parum cōueniebat inter duos quosdam cognatos, de rediuidanda. Cumque neuter alterius uellet conce  
D conce.

D V L C B . B E L L V M .

concedere, res eò spectabat ut ietur in ius.  
& iudicium sententijs controuersia finiret,  
Adibantur aduocati, Parabātur dicæ, Res  
erat cum iureconsultis. Aditi iudices, con-  
testata lís, cœpit agi causa, hoc est, bellum  
susceptum. Ibi alter mature resipiscens, ad  
uersarium priuatim accersitum his uerbis  
alloquitur. Princípio parum decorum est,  
ut quos natura copulauit, pecunia dissoci-  
et. Deinde incertus est litis euentus, haud  
minus q̄ bellī. Suscipere nobis in manu ē  
finire nō est. De centum aureis totalis est.  
Eius summæ duplum in notarios, in pro-  
motores, in aduocatos, in iurecōsultos, in  
iudices, in iudicium amicos expendet, si le-  
gibus experiamur. His erit inferuiendum,  
adulandum, dandum, ut ne dicam interim  
curas, ambiendi, cursitandi q̄ labores, ut  
maxime uincā plus tamen est incommodi  
q̄ commodi. Quin magis ipsi nobis sapi-  
mus q̄ istis prædonibus, & in hos male col-  
locandam pecuniam, inter nos partimur.  
Concede dimidium de tuo, ego tantundē  
de meo cōcedam. Ita & amicitiā nostram,  
alioqui peritram lucrifaciemus, & tantā  
molestiā

molestiā effugiemus. Quod si recusas quic  
 q̄ concedere, ego uel uniuersum nogociū.  
 tuo permitto arbitratui. Malo penes amicū  
 sit hæc pecunia, q̄ penes insatiabiles illos  
 prædones. Abūde magnum fecero lucrū,  
 si & famæ pepercero, & amicū seruauero,  
 & tantum effugero molestiarū. Mouit ad-  
 uersarium tum rei ueritas, tum cognati fe-  
 stiuitas. Rem inter se transegerūt, iratis ad  
 uocatis & iudicibus, quos coruos deluse-  
 rant hiantes. Vel horum igitur prudentiā,  
 in re tāto periculosoire studeas imitari. Ne  
 q̄ solū spectes quod uelis assequi, sed quā-  
 ta bonarum rerum iactura, quantis pericu-  
 lis, quantis calamitatibus sis assecuturus,  
 ut assequaris. Quod si ceulancibus hinc at-  
 q̄ hinc expensis commodis & incommo-  
 dis, comperis, multo potiorē esse pacē inī/  
 quam, q̄ bellum æquum, cur mavis Mar-  
 tis, aleam experiri? Quis enim nisi demēs  
 aureo pisctetur hamo? Si uides multo plus  
 impendij, q̄ lucri, etiam si feliciter cadant  
 omnia, nonne præstat aliquid de tuo iure  
 concedere, q̄ paululum commodi, tam in  
 numeris mercari malis? Malo penes quem

Dñ cunq;

cung̃ sit titulus, si mihi tāta Christiani sa-  
guinis iactura uindicādus est. Ille quisquis  
est, multis iam annis possedit. Assueuit ha-  
benis, agnoscitur à suis, fungitur munere  
principis, & exorietur aliquis, qui ueteri q̃  
piā titulo ex annalibus, aut obliteratis mo-  
numentis reperto, bene cōpositum rerum  
statum, sursum ac deorsum misceat. Præ-  
sertim cum uideamus in rebus mortalium  
nihil suo loco consistere, sed ludibrio fortu-  
næ, uelut æstu quodam affluere ac deflue-  
re. Quorsum attinet tanto tumultu uindica-  
re, quod mox quolibet casu sit aliò demis  
graturum. Postremo si ista tā leuicula non  
possunt cōtemnere Christiani, quorsum o-  
pus, protinus ad arma rapi. Tot habet mū-  
dus Ēpos graues & eruditos, tot habet ue-  
nerabiles abbates, tot optimates grandæ-  
uos, & longo rerum usu sapientes. Cur nō  
potius horum arbitrio, pueriles istiusmo-  
di principum quærimoniae componunt?  
Sed honestiore est illorum oratio, qui præ-  
texunt ecclesiæ defensiōem, quasi uero po-  
pulus non sit ecclesia, aut quasi tota ecclæ-  
siæ dignitas in sacerdotum opibus sit,

aut

aut quasi bellis ac stragibus orta , puecta,  
 constabilita sit ecclesia, ac non potius san-  
 uine,tollerantia,uitæq; contēptu . Mihi sa-  
 ne ne hoc quidem adeo probandum vide-  
 tur,quod subinde bellum molimur in Tur-  
 cas. Male profecto agitur cū religiōe Chri-  
 stiana , si illius incolumitas à talibus pen-  
 det præsidij. Neq; cōsentaneū est,his ini-  
 tijs bonos gigni Christianos . Quod ferro  
 paratū est,ferro uicissim amittit. Vis Tur-  
 cas ad Christū adducere : ne ostendemus  
 opes,ne militum manum,ne uires. Vide-  
 ant in nobis nō titulū tantū,sed certas illas  
 hominis Christiani notas,uitam innoxiam,  
 studium benemerendi etiam de hostibus,  
 inuictam omniū iniuriarū tolerantiam,pecu-  
 niæ contemptū,gloriæ neglectū,uitā uilem,  
 audiant cœlestē illā doctrinā, cū huiusmo-  
 di uita congruentē. His armis optime su-  
 biguntur Turcæ. Nunc sæpenumero malī  
 pugnamus cū malis . Dicam aliud & uti-  
 nam audacius,quam uerius,si titulum cru-  
 cisq; tollas insigne. Turcæ cum Turcis dī  
 gladiamur. Si militū manu cōstituta est re-  
 ligio,si ferro cōfirmata,si bellis aucta,tuea

D iij mur eā

mur eam ijsdem præsidijis. Qz si diuersis ra-  
 tiōibus peracta sunt om̄ia, cur ueluti Chri-  
 sti præsidio diffisi, ad ethnicas cōfugimus  
 suppetias? At cur nō iugulē, inquiunt, eos,  
 qui nos iugulant? Itane putas indignum, si  
 quis sit te sceleratior. Cur nō spolias spoliā  
 tem? Cur non conuitiaris conuitianti? Cur  
 non odisti, odio habentem? An Christia-  
 num facinus esse putas, si trucidatis impijs  
 quidem, sed tamē hominibus pro quibus  
 seruandis mortuus est C H R I S T V S , gra-  
 tissimam diabolo uictimam mactes, bisqz  
 delectes hostem, & quod occiditur homo,  
 & quod occidit Christianus? Plæriz dū  
 uolunt uideri ualde Christiani, studēt Tur-  
 cis q̄ plurimum facere malī, & quod facere  
 non possunt, execrantes, imprecantur. Cū  
 hoc ipso argumento, parum Christianum  
 liceat deprehēdere. Succurre Turcis, ex im-  
 pijs si potest reddito pios, si non potes, op-  
 ta. & agnoscam mentem Christianam. Ve-  
 rum hisce de rebus omnibus aliquanto co-  
 piosius audietur, cum edemus librum, cui  
 titulum fecimus Antipolemo, quem olim  
 Rhomæ uitam agentes, ad Iulium secun-  
 dum

dum Rhomanū pontificem cōscripsimus,  
 eo tempore, quo de bello in Venetos susci-  
 piendo, consultabatur. Illud deplorandum  
 potius quam refellendum, Si quis exacti-  
 us rem excutiat, reperiet omnia ferè Chri-  
 stianorū bella, uel è stulticia uel è malicia  
 nasci. Nonnulli iuuenes & rerū imperiti,  
 maiorū malis exemplis, historiarū, quas  
 de stultis prodidere stulti monumentis,  
 ad hoc inflāmati, dehinc instigantibus ad  
 ulatorū hortatibus, extimulatibus iurecō-  
 sultis, ac Theologis, assentatibus, aut con-  
 niuentibus episcopis, fortassis & exigenti  
 bus, temere magis quam malitiose bellū  
 suscipiunt, & tanto totius orbis malo di-  
 scunt, bellū rem esse modis omnibus fugi-  
 endam. Alios occultum odium, alios am-  
 bitio alios animi feritas, in bellum impel-  
 lit. Quandoquidem ne nostra quidem  
 Ilias quicquam præterquam stultorum re-  
 gum & populorum continet iras. Sunt qui  
 non aliam ob causam bellum mouent, nisi  
 ut hac uia facilius in suos tyrannidem ex-  
 erceat. Nam pacis temporibus, senatus au-  
 toritas, magistratuū dignitas, legū uigor,

D iiiij non

non nihil obstant, quo minus liceat princi-  
pi, quicquid libet. At bello suscepto, iam  
omnis rerum summa, ad paucorum libidi-  
nem deuoluta est. Euehuntur, quibus be-  
ne uult princeps, deinceps quibus infen-  
sus est. Exigitur pecuniæ quantum libet.  
Quid multis? Tum demū sentiunt se uere  
monarchs esse. Colludūt interim duces,  
donec infelicem populum usq; ad radicē  
arroserint. Hoc anno qui sint, an eos putas  
grauatim arrepturos, oblatam quancūq;  
belli occasionē? Deinde morbum nostrū  
honestis titulis præteximus. In hio Turca-  
rum opibus, & obtendo religionis defen-  
sionem, obsequor odio meo, & prætexo  
ius ecclesiæ. Seruio ambitioni, sequor irā,  
rapit animus ferox & impotens, & ruptū  
fœdus, uiolatā amicitiā, omissum nescio  
quid desponsaliū legibus, aut simile quip-  
piam causor. Iam dictu mirū est, quā non  
assequantur hoc ipsum, quod affectant, &  
dum stulte uitant hoc, aut illud malū in ali-  
ud, aut etiam in idem multo grauius inci-  
dant. Etenim si gloria ducuntur, nō paulo  
magnificentius est seruare, quam perdere,  
multo

multo pulchrius extruere ciuitatem, quā  
demoliri. Deinde ut prosperrimo Marte-  
res geratur, quantula gloriæ portio redi-  
bit ad principem, unde magnā partem si-  
bi uindicat populus, cuius pecunia res cō-  
fecta est, maiorē miles exterus, ut plærūq;  
fit, & conductitius, nonnullā duces, maxi-  
mam fortuna, quæ cum in omni negocio,  
tum in bello ualet plurimū. Si sublimitas  
animi stimulat in bellum, uide quæso, q;  
non recte tibi consulis ista ratione. Dū uni  
non uis cederē, puta uicino principi, for-  
taffis affini, forsitan olīm bene merito, quā-  
to abiectius te supplicem facis, dum suppe-  
tias imploras barbarorum: Dum incestis,  
homicidis, prædonibus (per hos enim po-  
tissimū bellum geritur) polliceris, adul-  
aris, palparis. Et dum in æqualē feroculus  
esse studes, infimæ mortaliū feci teipſū co-  
geris submittere. Dumq; paras qualēcun-  
que finitimū suis sedibus deūcere, pestilē-  
tissimā nebulonum colluuiem, in tuas se-  
des admittas oportet. Non fidis affini, &  
armatę multitudini credis teipsum? Quās  
to tutiorem poterat reddere concordia: Si

D v lucro tras

lucro traheris, calculos adhibe. Placeat bellum, nisi uideris non aestimandis dispensa-  
 dijs, compendium peti, non solum longe  
 minus, sed etiam incertū. Sed consulis rei-  
 publicæ, immo non alia uia citius, ac per-  
 ditius pereunt respusicæ, quā bello, Pri-  
 usquā incipias, iam plus nocuisti patriæ,  
 quā sis profuturus uictor. Exhauris ciuiū  
 opes, luctu funestas domos, omnia latroni-  
 bus, furibus, stupratoribus implet. Has e-  
 nīm reliquias parit bellum. Ecce cum ante li-  
 cuisset uniuersa frui Gallia, à multis regio-  
 nibus teipsū excludis. Si uere tuos amas,  
 quin tibi illa ueniūt in mentem. Cur ego  
 hanc tam floridā iuuentutē omnibus malis  
 obijciam? Cur tot matronas suis maritis,  
 tot liberos suis orbabo parentibus? Cur ti-  
 culum, nescio quē, & anceps ius, meorum  
 afferā sanguine? Vidimus cū prætextu de-  
 fendendæ ecclesiæ, bellum esset susceptū,  
 crebris decimationibus sic expilarí sacer-  
 dotes, ut nullus hostis potuerit hostilius.  
 Itaq; dum stulte uitamus foueā, ultro nos  
 ipsos in foueā præcipitamus. Dum leuem  
 iniuriā pati nō possumus, ipsi nos sumis  
 afficimus

afficimus contumelij. Dum pudet morigerū uiderī principi, supplices reddimur infimis. Dum libertatem imprudenter affectamus grauiissimæ seruituti nos met irre timus. Dum paululum uenamur lucri, damnis immensis nos ac nostros afficimus. Prudentis erat hæc secū expendere, Christiani, si modo uere Christianus sit, rem tā tartaream, tam alienā à uita simul & doctrina Christi, modis omnibus fugere, desprecari, propellere. Quod si uitari nullo pacto potest ob multorū improbitatem, ubi nihil intētatum reliqueris, posteaquā pacis studio omnem moueris lapidem, tū proximum erit dare operam, ut mala res per malos geratur, & quāminimo dispendio humani sanguis cōficiatur. Si demus operā, ut resimus id, quod audimus, hoc est, nihil admīremur, nihil ambiamus, quod est huius mundi. Nam si tātum hoc agimus, ut hinc quāmaxime expediti euolemus, si toto nisu rapimur ad cœlestia. Si felicitatis nostræ summam in uno Christo collocamus. Si quicqd est uere bonū, uere splēdium, uere iucūdum in hoc uno sitū esse cre-

esse credimus , si persuasum habemus ho-  
 minem pium à nemine lædiposse. Si per-  
 pendimus quā inanis sint, quā fugacia, re-  
 rum humanarū ludibria. Si penitus intue-  
 mur , quā ardua res sit , hominē quodam-  
 modo transformari in deum , & hīc ita me-  
 ditatione quadam indefatigabili repurga-  
 ri ab hīus mundi contagīs, ut mox abie-  
 cto corporis exuuio , in Angelorū demī-  
 gret consortium . In summa si præstamus  
 hæc tria, sine quibus nemo Christiani co-  
 gnomen promeretur, Innocentiam, ut pu-  
 ri simus à uitījs, Charitatem, ut bene mere-  
 amur quoad fieri potest de omībus, Pati-  
 entiam, ut maleficientes toleremus, & sili-  
 ceat, iniuriām beneficījs obruamus, quæ-  
 so quod bellum possit inter nos de nugis  
 existere. Si fabula est Christus, cur nō ex-  
 plodimus ingenuē , cur illius titulo glori-  
 amur? Sin is uere est & uia , & ueritas, &  
 uita , cur omnes nostræ rationes ab hoc  
 exemplari tantopere dissident? Si Chri-  
 stum autorem agnoscimus , qui charitas  
 est , & nihil docuit, nihil tradidit, nisi cha-  
 ritatem & pacem , agite non titulis & in-  
 signibus,

signibus, sed factis hūc exprimamus & ui-  
ta. Amplectamur pacis studiū, ut C H R I -  
S T V S uicissim agnoscat suos. In hoc pō-  
tifices, in hoc príncipes, in hocc iuitates, cō-  
silia sua conferant. Satis hactenus fusum  
Christiani sanguinis. Satis uoluptatum ex-  
hibuimus Christiani nōmīnis hostibus.  
Quod si qd suo more tumultuaſ populus,  
à príncipibus cohibeat, quos hoc oportet  
esse in republica, quod oculus est incorpo-  
re, quod in anima ratio. Rursum si qd tur-  
bant príncipes, certe Pontificum est, sua  
prudentia, suaq; autoritate, rerum motus  
componere. Vel tandem satiati bellis tam  
diutiniſ, pacis tāgamur desyderio. Trahit  
huc ipsa calamitas, inuitat C H R I S T V S,  
adhortatur Pontifex, si quisquā alijs ue-  
te maximus L E O decimus, ac uere paci-  
fici Salomonis nostri, uices agens. Cuius  
om̄ia uota, omnia consilia, omes conatus  
huc tendunt, ut quos cōmunis copulat fi-  
des, eos & cōmunis iungat cōcordia. Hoc  
molitur ut ecclesia, non opibus, aut impe-  
rio, sed suis ac proprijs dotibus efflorescat.  
Pulcherrimū profecto munus, ac prorsus  
tali dignit

tali dignum heroë, clarissimis illis Medi-  
 cibus prognato, quorum ciuili prudentia  
 factum, ut inlyta Florentinorum ciuitas,  
 diutina pace fuerit florentissima, quorum  
 domus omnium bonarum disciplinarum  
 fuit præsidium. Ipse placidum ac mite sor-  
 titus ingenium, a teneris, ut aiunt ungui-  
 culis, humanis literis, ac mansuetioribus  
 musis est initatus, inter eruditissimos ui-  
 ros, ac uelut in musarū gremio educatus,  
 uitam ac famam inculpatam, & ne in liber-  
 rima quidem ciuitate Rhoma, illa unquā  
 sinistri rumoris aspersam macula, ad sum-  
 mū pontificium attulit. Ad quod hic non  
 ingessit se, sed nihil, minus quā hoc ex-  
 pectas, ueluti diuina uoce nominatim ascen-  
 tus est, quo rebus humanis longa bellorum  
 tempestate fessis, succurreret. Sit penes lu-  
 lium bellī gloria, habeat ille sibi suas uicto-  
 rias, habeat sibi magnificos triumphos.  
 Quae quā deceant Christianum pontifi-  
 cem, haud est mei similium pronunciare.  
 Dicam hoc modo, Gloriam illius, qualis-  
 cuq; fuit, cum plurimorum exitio dolo-  
 reḡ coniunctam fuisse. Longe plus ueræ  
 gloriæ

INEXPERTIS. ERAS. AVTORE  
gloriæ pariet Leoni nostro pax orbi red-  
dita , quam Iulio pepererunt, tot bella  
per uniuersum orbem , uel excitata  
fortiter , uel gesta feliciter . Sed  
longius quam par est huic  
digressioni, uidebimur  
immorati, ijs qui  
de prouerbijis,  
quā de pa-  
ce, bel-  
lōqz  
malunt audire.

FINIS.



MOGVNTIAE APVD  
IOANNEM SCH-  
OEFFER. AN.  
M. D. XXI.

